Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tat eum et multo tpe cupiebat videre eum: eo quod
audierat multa de illo et sperabat signum aliquod
ab eo fieri. Interrogabat autem illum multis sermo-
nibus. At ipse nichil ei respondebat. Stabant autem prin-
cipes sacerdotum et scribe constanter accusantes eum.
Spreuit autem illum herodes cum exercitu suo: et
illusit induens veste alba et remisit ad pylatum.
Et facti sunt amici herodes et pylatus in ipsa die.
nam ante erant inimici ad invicem. Pylatus
autem convocatis principibus sacerdotum et magistra-
tibus et plebe. Dixit ad illos. Obtulistis mihi ho-
minem hunc quasi auertentem plm: et ecce ego coram
vobis interrogans. nullam causam inuenio in homi-
ne isto: ex his quibus eum accusatis. sed neq; herodes
Nam remisi vos ad illum: et ecce nichil dignum
morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimit-
tam. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum
vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba
dicens. Tolle hunc: et dimitte nobis barabam.
Erat ipse propter seditionem quandam factam in ciuitate et
homicidium missus in carcerem. Iterum autem pylatus
locutus est ad illos. volens dimittere ihm. At illi iter-
clamabant dicentes. Crucifige: crucifige illum. Ille
autem tertio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste?
Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam
ergo illum et dimittam. At illi instabant vocibus
magnis: postulantes ut crucifigeretur. Et inualeb-
bant voces eorum. Et pylatus adiudicauit fieri
petitionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter sedi-
tionem et homicidium missus fuerat in carcerem quem